

venit, mundus eum non cognovit; sed crevit summè Salvatoris amor, ubi summè prævaluit hominis error, eò quod conditio humana redemptionem haberet, & priusquam Redemptorem cognovisset.

*Nulla fit mentio pretiosi sanguinis, prænante captivitate ut homini.*

14 Nec clam est modò, cur ab Evangelista subtricitur circumcisio. Tempus venit, sanguinem & pretiosum Salvator fudit: & noluit indicare, esse amoris studium; quoniam dicere nequibat sanguinis pretium. Pretium sanguinis non erat pretiosus sanguis; sed redemptio humani generis, quam vehementer cupiebat, quoniam amore flagrabat: & dum sanguinem fudit, præ amore fusionem tacet: quoniam erubuit, pretiosum sanguinem quasi

obsequium demonstrare, & hominis captivitatem permanere. Si illòtunc sanguinem demonstraret, in Redemptore homo redemptionem cognovisset: & circumcisio in munere circumcisionis prætermittitur; ut amor vehementior ac flammantior cognoscatur: igitur claruit, dum captivitatem exiit, priusquam Redemptorem nosceret. Vulneraris, & vulnus regis? Militia est vita hominis super terram. Incipe parve puer experiri militiam, Nobis salus, si tibi vulnus. *O columen, salusque gentis!* Dicam cum Sidon. Apollinar. in *Laud. Narbonæ*, vers. 38.

*Sed non hinc videaris fortè turpis. Laus est amplior, amplior cicatrix.*

Sidon. Apoll.



TAU

# TAUTOLOGIA TERTIA.

NE FORTE VIDEAS SOLEM ET LUNAM,  
& errore deceptus adores.

Deuteronom. 4. vers. 19.

EXPOSITIO LITERÆ.



ULTI huic affines pleonasm. Iudicum. 9. vers. 36. Iob. 15. vers. 31. & Ezéch. 45. 20. *In erroris viâ erraverunt.* Sap. 12. 24. *Errant, qui operantur malum.* Prov. 14. 22. *Nequissimi nequissima vita.* Eccli. 22. 12. *In pravitate cordis sui mali.* Ierem. 7. 24. *Impium impietatis.* Deuter. 25. 1. Psalm. 118. 79. & 119. *Impietas impij.* Ezech. 18. 20. & 23. 12. Daniel. 12. 10. *Malus est oculus nequam.* Eccli. 31. 14. *Non erit innocens malus.* Prov. 11. 21. *Statera dolosa non est bona.* Ibid. 20. 23. & sic alia, quæ pro-

ellivè exponuntur, dilucidatà principali Tautologiâ. Proiectissimi in idolothysiam (id est, immolationem victimarum in obsequium idolorum) non solum fuerunt Hebræi; sed etiam in idololatriam, ut tam ex externa demonstratione constaret irreverentia, quam ex reverentia detestabili mentis pateret perfidia. Neque malis adinstar Phrygum sapiebant: imò rigebant duriore cervice, ac adamantino pectore. Dissipati sunt, nec compuncti. Unde Ieremię exprobranti ex iure audaciam, & impudentiam, degentes in Ægypto post cladem Ierosolymitanam, dixerunt: *Facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, ut sacrificemus Regine cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri.* Ita transgressi verendiciæ fines. Unde queritur Dominus per Oseam 12. 1. *Pasit (ait) ventum, & sequitur aestum, &c.* id est, *cultum idolorum, eò quod instar æstus omnes fructus corrumpat:* inquit Theodoretus hic. Ut indolem Dominus lactaret, quippe gens, est ab illo assumpta in peculium, ut dicitur Exod. 19. 5. deperibat vivere more gentium; permittit Dominus, & præscripsit sacrificia cruentacæterum cuncti claudicaverunt in semitis suis. *Quæ idola adoravit? Gens procax, audax, impudens fronte perfricta, quæ non adoravit idola?*

*Nec mirum si iura Dei gens perfida vitet, Imperiumque neget, lucos quæ semper amavit, Idola dilexit, simili nam more furentes Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbam.*

Ut canit Sedulius lib. 5. *Carmin.* à vers. 144. Quodlibet vel insigne Conditoris donum torquebat in simulachrum, in fabricam provocantis imaginis, in structuram sculptilis; ita ut etiam aurum à Deo concessum in turpe turpis destinaret idolum; uti queritur per Oseam. 2. 8. Verùm tantum noverat flagitia novis flagitijs defendere, aures obdurare, monitores interficere, scelera sceleribus protegere, quin nosceret vel in excusationem inaurare: quandoquidè protervè & inverecundè desideria cuncti sequentes cordis, ibant in adventionibus suis: non alia de causa sibi placentes, nisi quia illicita obiecta, & si illicita patranda. A seculo contegerunt iugum. Omnes declinaverunt abominabiles facti. Non erat qui faceret bonum, & sequeretur legem, nec unus quidem. Hinc filij Belial sæpè dicti; quoniam Belial, id est, *sine iugo* vox. Illis iucundum quicquid petisimum: lactantes cupiditatem, rumpendo, atque corrumpendo legem. Noverat Moyses cervicem inflexibilem durissimam; & terroribus comprimere intendebat perverciam. Legem

Hebræi prænante in idololatriam.

Ierem. 44

Ose. 12. 1.

Theodor.

Sedulii

Semper fuerunt dura cervicis.

pra-



praescripsit, monebat observationis, verum narrabat fabulam furdis. Ita ergo allocutus est: vel ne sine lege excusarentur ab observatione, vel ut per illam cognoscerent deliquisse. *Custodite igitur sollicito animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis: ne forte accepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel feminae, similitudinem omnium iumentorum, quae sunt super terram, vel avium sub caelo volantium, atque reptilium, quae moventur in terra, sive piscium, qui sub terra morantur in aquis: ne forte elevatis oculis ad caelum, videas Solem & Lunam, & omnia astra caeli; & ERRORE DECEPTUS adores ea, & colas, quae creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quae sub caelo sunt.* Ita loc. cit. a vers. 15. Idem iterat cap. 5. a vers. 6. Ubi Maluend. *Non facies tibi deolatum, omnem imaginem, quae in caelis desuper, & quae in terra desubter; & quae in aquis desubter terra. Non procumbere te facies eis, & non servies, nec colas, &c.*

Dent.

Maluend.

Nulla imago visa ab Israelitis in promulgatione legis Phil.

A Moyses & alii septi vi sa. & olim Enos imaginis Deitatis expresserat.

Michael Ca fos synagogae. Exod. 24.

Quid est superstitio? Senec.

Ioseph.

Clem. Al.

Idola & re- pla Aegyptiorum.

2 Hic inquiritur, quomodo verum in Horeb, sive Sina nullam visam Dei imaginem, ut dicitur hic vers. 12. *Locutus est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis: cum dicat Philo de vit. Moys. lib. 1. E medio promittat forma quadam pulcherrima, nulli visibili similis, divinum sane simulachrum, luce fulgens clarissima; ut suspicari possit Dei imaginem? Egi Tom. pract. Tom. 4. n. 8. et si stricte. Utrumque verum arbitror, quia hic non de Moysse sermo est; sed de Israelitis, quibus lex ferenda, & quibus offendiculum, quodlibet obvium divinitatis simulachrum, maxime a Deo exhibitum: ut contigit filijs Caim, eò quod Enos Deum venerari cepit pictis imaginibus, ut placet Rua tom. 1. contro. 5. posit. Alphond. Mendoz. in Quodlibet. q. 7. expos. Hugon. in 4. Genes. & aliquibus videndis apud Petr. Comest. in Hist. scholast. cap. 29. Genes. Minime Moysi quibus esse visio occasio ruinae, cuius mens nequaquam serpebat humi: igitur saepe illustratus, ut ex his, quae viderat, surgeret ad incognita, quae non noverat; maxime, quia frequenter Angeli Custodis Israel (Michaelis scilicet) familiaritate fruebatur: ita ut os ad os, & facie ad faciem Archangelus legislator legislatori homini loqueretur. Quod patet Exod. 24. 10. igitur factò federe inter Deum & populum post legis promulgationem, ascenderunt Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel, & viderunt Deum Israel. Specie humana, stipatum Cherubinibus, atque in throno sedentem, uti autem Lyr. Caietan. & Alap. hic, ac Prado in 1. Ezechiel. Huiusmodi visiones offendiculum quibus esse rudi populo, ac in idololatriam propenso, quo intuitu ibid. vers. 2. dicitur: *nece populus ascendet: non autem Moysi & alij, in visionem electis; utropè sapientibus, & in fide unius Dei, atque cognitione firmis.**

3 Ut abhorreret ab idololatria, hac cuncta descripsit Moyses: igitur Gentes, quarum cultus ardebant, ferebantur in cuncta. Videris Ioann. Gerard. Votum de Theologia Gentil. Aegyptij, uti primavè superstitione licitè (quam aprè Seneca Epist. 123. Superstitio error insanus est: amandos timet: quos colit, violat.) ex Astorum cognitione & scientia intulerunt (de quo infra) vel foverunt fumme idololatriam, fingentes in constellationibus monstruosa quadam animalia (ut de Cherubinibus dixit Iosephus lib. 3. Antiq. cap. 6. Nova specie, neque unquam cuiquam hominum visa) ut imaginibus adorarentur, quae in caelestibus imaginariè, estò lucide obumbrata. Unde inolefcence huiusmodi superstitione errore, & horrore, tam ex fictis in caelis ex voluntaria designatione astorum, quam ex cogitatis à superstitione ex forma multiformium animalium; prodijte figulina variarum imaginum, deiformium formarum, horribilium simulachrorum, quorum aspectum, si homines saperent, vel saltem si homines intelligerent; non adofarent, sed fugerent. *Ades autem* (inquit Clemens Alexand. 3. Pedag. cap. 2.) *auro & argento & electro collucent, & ex India ac Aethiopia varijs fulgentibus lapillis: adyta auro intextis obumbrantur pepelis: sed si penetralia templi ambitus subieris, & ad eius quod est praestantius speculaculum properans, imaginem, quae templum habitat, qua fieri: apparet. Deus Aegyptiorum bellua, quae super vestem stragulam purpuream volutatur.* Videtis Vinc. Chartar. de Imag. Deor. Marcian. Capell. Natal. Comit. in Mytholog. Massimum tam in Hist. Ind. quam in Epist. select. Kircher in Oedip. Aegypt. Auguit. Casodor. Reinium in 12. partib. India Oriental. Ioann. Nicuhov. in Legat. Batav. part. 5. cap. 8. Navarret. 1. part. Hist. Sines. tract. 2. cap. 9. & 10. Franc. Colin. in Pbilippin. bist. lib. 1. cap. 15. Quod novissimum, dum cognoverunt etiam eiusdem futuris veteres? Virgil. 8. Aeneid. vers. 698.

Omni.

*Omnigenumque Deum monstra, & latrator Anubis.* Prudentius 2. in Symach. vers. 534. *Prodigialia monstra. Lactant. lib. 2. de Origin. error. cap. 14. Porrentificas animalium figuras, quas coherent, commenti sunt.* Lucan. lib. 10. Pbars. vers. 158.

Virgil.

— Multas volucresque, ferasque Aegyptij posuere Deos.

Lucana.

Unde ortum adagium: *Templum Aegyptium*, ut notat Coel. Rhodigin. lib. 16. cap. 5. pro re extrinsecus speciosa, & intrinsecus foedissima (ita queritur Deus per Ezechiel. 8. ubi introrsum quicquid abominabile, & introitu templi fulgebat idolum zeli: quippe forinsecus politum, pervenitum, decorum; introrsum monitiosis figuris horrificum & pollutum. Pro cogitationibus insensatis iniquitates illorum: quod quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias supervacuas, ait Sapiens: & Doctor Gentium ad Roman. 1. 23. *Mutaverunt gloriam incorruptibili Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Quapropter Cicet. 5. Tuscul. qq. floride dicit: *Aegyptiorum mores quis ignorat? Quorum imbuta mentes civitatis erroribus, quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut aspiciem, aut filem, aut canem, aut crocodilum violent.* Succinit, vel irridet Iuvenalis Satyr. 15. a vers. 1.

Symbolum hypocritae.

Sapient. 15. 16.

Cicet.

*Quis nescit, Volvsi Bithyniae, qualia demens Aegyptus portenta colat: Crocodilon adorat Pars haec: illa pavet saturam serpentibus ibim, Effigies sacri nitet aurea cercopitbeci. Illic caruleos, hic piscem fluminis: illic Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam: Porrum & cepe nefas violare, ac frangere morsu. O sanctas gentes, quibus haec nascuntur in hortis Numina!*

Iuvenal.

Monstra Aegypti.

7 Ut mireris stoliditatem, prater simulachra describam, quae venerantur horrida. *Scarabaeos*, dicit Plin. lib. 30. cap. 11. & Eusebius lib. 3. cap. 2. de Prepar. Evang. additque *Vulturem*: prius dixerat lib. 2. cap. 11. *Bovem, ovem, ichneumonem, aquilam, bircum, Panas, Satyros.* Plutarch. 4. Sympos. signat *Gryppem & filem.* Tertull. in Apolog. cap. 6. & Auguit. de Civ. lib. 2. cap. 13. *Cynocephalum.* Philo ubi sup. *Canes, lupos, accipitres.* Maxim. Tyr. Dissert. 38. *Nili pisces.* Herodot. in Euterp. etiam signat *Serpentes.* Theodoret. 1. de Cult. Dei cap. 20. *Talpas, muscas, vesperiliones, culices, scimipbes, cenomia, scorpiones, &c.* Vide Gregor. Nazianz. Orat. 24. August. ubi dudum lib. 2. cap. 22. & lib. 8. cap. 23. & 24. ibidemque Vives, ac Diodorum Sicul. lib. 1. Rer. antiq. cap. 4. Cicero de Natur. Deor. lib. 3. ait: *Omne ferè genus bestiarum Aegyptij consecraverunt.* Unde Prudentius ubi sup. vers. 532. succinit:

*Sint haec barbaricis gentilia numina pagis, Quos penes omne sacrum est: quicquid formido tremendum Susserit, horrificos quos prodigialia cogunt Credere monstra Deos.*

Pruden.

Nulla in his utilitas, ut strueretur turpitudinis excusatio; sed undecunque formido: eaque de causa aliqui autumarunt ignem ab eis cultum, ne noceret. August. lib. 4. Civ. cap. 15. Abulens. in 1. p. Euseb. cap. 52. & Coel. Rhodig. lib. 8. cap. 36. Pilofos, seu demones inferos (nomine Manium) Febrem, Timorem, Mortem, Pavorem & Pallorem: uti asserunt Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13. Tiraquel, hic, & de Nobilit. cap. 31. num. 539. & Textor. Offic. lib. 1. cap. 10. Unde Virgilius 6. Aeneid. vers. 273. de Dijs inferis canit:

Deliria eius innumera-bilia.

*Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci, Luctus, & ultrices posuere cubilia Curae, Pallentesque habitant Morbi, tristisque Senectus, Et Metus, & malefuaada Fames, & turpis Egeitas; (Terribiles visu formae) Lethumque Laborque: Tunc consanguineus Leti Sopor, & mala mentis Gaudia, mortiferumque adverso in limine Bellum: Ferreique Eumenidum thalami, & Discordia demens Vipereum crinem vittis innexa cruentis.*

Virgil.

Idem Seneca in Hercul. Furent. a vers. 685. & in Oedip. vers. 591. Claudian. 1. in Ruffin a vers.



à verf. 29. Quid cuncta? Dixit Plutarchus ubi dudum Alogias, id est, amentes ineptias: David Pfalm. 39. 5. Non respexit in vanitates (id est, idola) & infansias falsas. Quasi Deorum dedecus, uti ait Tertull. loc. cit. & Cyrill. Alexandr. in 7. Mich. num. 71. Abominandos & impuros demonum greges: quos vel ipsi ridebant adorantes, ut dixi Tom. 2. Tautolog. 12. num. 13. Quo intelliges illud Amos 7.9. Demolientur excelsa idoli. Septuag. Excelsa rufus. Hebr. Excelsa Isaac, quæ vox rufum sonat: igitur deitas in ligno elevato plaudenta rifu.

Nomen idolorum rifu.

Amos. 7. 9.

Quædo in- sium odio- latriæ?

Cur vitia dicantur mi- nima? Ambros.

Adam & Eva nō faci- rant idolo- latriæ.

Cunzus.

Aliqui à re- pore Enos origi- nem idolo- rum du- cunt.

A tempore Enoc, & Cham. à Chanaân, Mesraim, & Nemrod. Mar. Viâ.

A Sarug, & Tbare.

Unde à quo Argen- tei, quibus Christus ve- niſſe Roſat. A tempore Iſmael, & Nino.

Solummodò à Cham.

Greg. Tur. ſcribitur, vocatusque eſt, cum ad Perſas tranſiſſet Zoroaſter, quod ſtellam viventem in- ter-

5 A quibus idololatriæ principium, sub dubio eſt eſſi inconcuſſum à Chaldeis eman- naſſe in Ægyptios, ab his in Græcos, & hinc in Romanos, de quo inſrâ. A diabolo in paradifum intruſam arbitratu Ambroſius de Paradif. cap. 3. Eritis ſicut Dij. In quo licet advertere, idololatriæ auctorem eſſe ſerpentem; eò quod plures Deos induiſſe in ho- minum videatur errorem. Et Rupertus lib. 3. de Trinit. cap. 3. idololatriam facit Evam; quod quidem propriè non intelligendum; ſed latè, pro averſione à Deo, lege fractâ, minime pro fide amiſſa, eo modo, quo avaritia dicitur idolorum ſervitus à Prulo, Epheſ. 5. 5. & alia vitia, Galat. 5. 20. Unde ad Philipp. 3. 19. Multi (ait) quorum Deus ven- ter eſt: quippe quilibet venundatus ſub peccato, adorat vitia propria, & concupiſcenti- as ſuper omnia. Quodlibet peccatum ſupponit infidelitatem, verum non fidei impu- gnationem (videtiſ Ang. Magiſt. 2. 2. q. 94. art. 3. ad 1. & q. 163. art. 2.) & cultum Dei creaturæ exhibitum, quæ neceſſaria in idololatriam; quo ſenſu intelligendi ſunt Am- broſius in Epift. ad Rom. 5. Epiphani. 1. de Hereſib. 37. Clemens Roman. 2. Recognit. Theophil. Anthiochen. Epift. 2. ad Autolic. & Auctor qq. vet. Teſtam. q. 83. aſſerentes peccatum Adæ fuiſſe idololatriam, atque ab ipſo trahere originem. A tempore Enos in ipſa mundi infantia errorem inoleviſſe ait Petrus Cunzus de 2. de Rep. Hebr. cap. 19. Iam tum Enoc ſibi tempore ex hominum quadam ſuperſtitione ſidera, planetæſque in ma- gno honore eſſe ceppiſſe, licet à vero Numine non dùm penitus deſiſſe abatur. Mox ut eſt ſe- cundo res error, templa atque ſimulachra ſtellis conſecrata eſſe, donec tandem ſpreto pla- neta Numine, divinam religionem omnem planetis duntaxat tribuerunt. Hæc inſpexit ex Maimonide in Halacha. Idem aſſerit ex Rabb. Schlema lib. 3. cap. 1. Aſtipulator Ge- nebr. 1. Chronolog. ann. 235. Torniel. ann. 236. N. La-Zerda in Indiit. Acad. 22. ſecti. 2. num. 17. Lyra, Mathias Toringius in 4. Geneſ. aliique plures apud Baſilium Legio- nem q. 6. Expoſ. cap. 2. A tempore Enoch, Tertullian. de Idololatr. cap. 14. A Cham; quod verius, ut videbimus n. ſeq. Clemens Rom. lib. 4. Recognit. & Kircher. in Pro- drom. copt. & Obeliſco. Pamphil. paſſim. A Chanaân, Lactant. lib. 1. Inſtit. cap. 3. A Zoroaſte, vel Zoroaſtre, aut Meſraim, Boiſlard. in Apollonio Tyanco. A Nemrod. Abulenſ. in Exod. 20. q. 3. Hug. de S. Victor. in 50. Geneſ. & Mar. Victor lib. 3. in Geneſ. verſ. 166.

6 Solummodò à Cham irepſiſſe in orbem huiusmodi ludicra autmant cum alijs Gregorius Turonenſ. de Hiſt. Franc. lib. 1. & Caſſianus Collat. 8. cap. 21. Cham autem fuit totius magiæ, magicæque artis, imbuente diabolo, & primus idololatriæ reparator: pri- musque ſtatuum adorandam ſtatuit: ſtellas & ignem de celo labi magicis artibus ei ad- Greg. Tur. ſcribitur, vocatusque eſt, cum ad Perſas tranſiſſet Zoroaſter, quod ſtellam viventem in- ter-

terpretantur. Hæc Gregorius, & Caſſianus ex Sereno Abbate. Semen Seth ex paterna uſque ab ipſo Adamo tranſitione ſuſcipiens, donec diſiſſim à ſacrilega propagine Cham, perduravit. Cum verd fuſſet impie generationi permiſſum, ad res profanas & noxias, quæ pie didicerat, inſtinctu quodam demonum derivoit, curioſasque ex ea maleſtiorum artes, atque præſtigijs, magicasque ſuperſtitiones auſtate inſtituit, docens poſtero ſuos, ut ſacrâ illa cultura à divini Numinis derelictâ, vel elementa hæc, vel ignem, vel æreos demones venerarentur & colerent. Hæc igitur curioſarum rerum notitia, quo modo per diluuium non perierit, ac ſupervenientibus ſæculis innotuerit, præſtringendum bre- viter puto. Quantum itaque antiquæ traditiones ſerunt, Cham filius Noe, qui ſuperſti- tionibus illis, & ſacrilegis artibus infectus fuit, ſciens nullum ſe poſſe ſuper bis librum in arcam proſus inferre, in qua erat una cum patre iuſto, ac ſanctis ſatibus ingreſſu- rus: ſeleſtas artes, ac profana commenta diverſorum metallorum laminis, quæ ſcilicet aquarum non corrumpentur iniuria, & durſiſſimis lapidibus inſculpiſit, quæ diluio per- actâ, eadem, qua ille celaverat, curioſitate perquirens, ſacrilegiorum, & perpetuæ ne- quitia ſeminarum tranſmiſit in poſteros. Eruditiffimus Kircherius in Obeliſ. lib. 1. de Origin. liter. §. 1. inſit: Ægypto igitur numeroſa prole repleta, Cham, relicto regno filio ſuo Miſraim, alias colonias quaſiturus, in Chaldaeam, Perſiam, Medeam, ad Aſyria po- pulos ſe contulit (quo patet, ab Ægyptijs in Aſyrios, non econtrâ, pervolalle idolola- triam) ubi Astrologiam & magicas artes profeſſus Zoroaſtris nomen meruit; ut ubique Numinis loco habitus; paſſim Zoroaſter, hoc eſt, ignis arcani ſimulachrum audiret. Ita igitur foto apſidus ovo in tota Ægypto, prodijt idololatriæ regulus, cuius tabe infectus mundus ſerpentis flatu lethifero, quaſi totius ſuperſtitionis ſeminarium, confirmante mox poſt fidem, & patratiōe mirabilium, ſtolidis incogitorum; & prodigiorum oſtenta- tione quaſi beneficentia, ac ſi ſaluti invocantium conſuleret, cum opere exhibitio lade- re tantum ceſſaverit, de quo aliqua portenta diximus Tom. 3. Tautolog. 2. num. 25. At, ſed heu! quod magis inſenſatos traduxit, fuit novitas vocalium ſimulachrorum, de qui- bus inſrâ à num. 15. Unde Mar. Victor loc. præf. à verſ. 189.

Sereni

Kirch.

Mar. Viâ.

Doctorem ſcelerum magicas qui condidit aras. Hic pietate nocens, facinus plus inquinat iſtud, Quod ſpeciem virtutis habet: nam proſtinus omnes Amplexæ gentes ſcelus hoc, ſine fine litantes. Fingeret eſſe Deos, quippe aſiſtebat in oris Talibus, erroresque fovens, reſponſa ciebat Inventor lethi, miris ut partibus orbis Uſus ad inſidias, aut igni, aut fonte calenti, Aut antris ventos terra ſpirante loquaces.

7 Occaſio exponitur à Salomone. Acerba enim luctu dolens pater, citò ſibi rapti filij ſecit imaginem: & illam, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cepit, & conſtituit inter ſervos ſuos ſacra & ſacrificia. Deinde interveniente tem- pore, convaleſcente iniquâ conſuetudine, hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & tyran- norum imperio colebantur ſigmenta: & hæc ſuit vite humane ceptio, quoniam aut efficitur, aut regibus deſervientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis im- poſuerunt. Metricè qui dudum & eleganter ſuccinit, à verſ. 176.

Sapient. 14.

Tempore Nemrod in- elevit.

Inſelix, genitor lachrymis nocteſque dieſque Continuas, hebetique trabens plangore querelas, Dum furit & raptum quaerit per ſingula natum, Exuviaſque tenet dulces puerilibus annis, Aut translata prius ſolatur imagine luctum, Sic deſiderijs accenſum pavit amorem, Ut totam Pario ſtatuens de marmore formam, Crediderit demens incluſum vivere ſenſu, Et queſtus audire ſuos: ariſque dicatis, Auctoris ſuam cultum tranſferret ad umbras.

Mar. Viâ.

Quavis ſiccine iſthæc, non præciſe hoc arbitror idololatriæ exordium; ſed forſan, ut hic obſervat Lorinus, magis tritum & celebre ſuperſtitionis principium. D. Thom. 2. 2. q. 94. art. 4. duplicem cauſam idololatriæ aſſignat, diſpoſitivam ſcilicet, & conſum- mativam. Diſpoſitivam tripliciter ex parte hominis, nempe ex ordinatione prava, ſeu potius inordinatione affectus erga aliquod, numen illi conferendo: vel ex repræſenta- tione

Cauſa idola- latriæ du- plex. D. Thom.



tione formæ delectabilis in imagine picta vel ficta : & denique ex ignorantia Dei. Consummativam ex parte demonum, qui se colendos hominibus errantibus exhibuerunt, in idolis dando responsa, & aliqua faciendo, quæ hominibus videbantur mirabilia : quæ quidem ficta à ministris propter lucrum, ut patet *Daniel. 14.* Quapropter Kircher. in *Obelisc. Pamp. lib. 2. cap. 2.* notans hieroglyphica Hermetis Trimegisti, subdit : *Inanis gloriæ cupidiores, symbola ab Hermete de divinis mysterijs & nature arcanis tradita in manifestam superstitionem deduxerunt. Unde mox prodigiosa illa Deorum mythologia, brutorum cultus, sacrificiorum ridicula cæramonia, quæ ab Hermete prius ad divinitatis mysteria instituta erant : & ex eis tanquam ex equo quodam Troiano enata, totum paulatim mundum infecerunt. Accessit turpe lucrum Sacerdotum : populo omnino aliud, quam quod præfiguratum, persuadebant. Unde & magia diabolica, oraculorum impietas, simulachrorum, idolorumque fabrica : factumque est, ut Ægyptus publicum fieret superstitionis theatrum.* Aliqui Sacerdotum symbola Trimegisti referebant in anagogen, præut cogitata ac intenta ab illo. Aliqui in expressionem influxuum variorum naturæ transfecebant, quasi Physiologi. Alij & ad naturam Dei, & ad prudentiam hominis tropologicè traducebant. Alij demum idiotæ, præut iacebant figuræ : quas quidem, cum essent monstrofa, & ludicra, videntes bardi populi adorabant, similes fingebant, & tanquam Numina deperibant.

Kircher.

Ex Ægyptio  
rum symbo-  
lis error.

Duplex ido-  
latra.

Sapient. 17.

Verf. 10.

Astor. 17.

Inexcusabi-  
les cuncti  
idolatrae.

Rom. 1. 20.

8 Duplex igitur species idololatriæ signatur à Salomone. Prima erroris, sed hominis, contemptantis sine Deitatis veræ fide, pulchritudinem Solis, & conferentis pulchriori numen. *In quibus non subest scientia Dei, & de his que videntur bona, non poterunt intelligere cum, qui est, neque operibus attendentes, agnoverunt, quis esset artifex : sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem & Lunam rectores orbis terrarum, Deos putaverunt : quorum si specie delectati, Deos putaverunt, sciant, quanto his dominator eorum speciosior est. Ita Sapient. 17. à verf. 1.* Secunda species idololatriæ est brutalis, hebetissimæ mentis, atque stolidissimæ crassæ cogitationis, quæ mihi videtur effectus peccati, pœna peccati, & peccatum. Similes sanè fiebant adoratis simulachris, & animalibus. Comparati utique instrumentis, & similes illis. *Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inventionem, & similitudinem animalium, aut lapidem inutilem, opus manus antiquæ : uti ibid. dicitur verf. 10.* Licet omnes idololatræ siderati, novissimi prorsus stulti, quandoquidem si primi errarunt, igitur Deitatem pœsimè protriverunt; non adoraverunt opera manuum hominum; sed creaturas, à quibus quasi à causis universalibus accipiebant commoda, cogitando in eis numen propter illarum utilitatem, cum deberet elevari in Conditorem. Unde v. 6. subditur : *In his minor est querela : & hi enim fortasse errant, Deum querentes & volentes invenire. Persuasum habent, quoniam bona sunt, que vident.* Et Paulus *Act. 17. 27.* *Quære Deum si forte attrahent, aut inveniunt.* Quæ vox allucinatos & cæcos signat Gentiles : igitur ratio signabat verum Numen, quærebatque congenitam veritatem : sed voluntas prava, & sensus traductus & seductus impediabant in sensu; ut non possent invenire, quod attrahabant, & longè non erat; quippe devie quærebant : igitur error, quære Deum in creaturis; & impossibile, invenire. Quapropter etiam mitiori reprehensione digni, inexcusabiles sunt, nec his debet ignosci, ut dicitur loc. cit. verf. 8. & indicat Doctor Gentium. *Invisibilia enim ipsius (inquit) à creatura mundi, per ea que facta sunt, intellecta, conspiciuntur : sempiterna quoque eius virtus, & divinitas, ita ut sint inexcusabiles : quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientis cor eorum : dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. & mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Ita sapientium fomes, atque cæcitas erroris; sed peior priore emanavit in rudes.

Triplex er-  
roris causa.

9 Triplex fuit causa, quantum auguror, supposita ignorantia Deitatis, à qua de malis in mala præcipitatur cæca humana natura. Prima, utilitas illarum creaturarum, speciositas, vel illarum necessitas. Iceireò cum cognoscerent nihil oculis pulchrius Sole, neque utilius illo, igne, aère, &c. de quo latè Lorin. in loc. præf. *Sapient.* prolapsi sunt in idololatriam. Quam ut quasi arcanam, ac mysticam venerabilem exponerent; abolito nomine vulgari à præfatis creaturis, in illorum ministerium conditis, nomina magna in-  
diderunt; vocantes ignem Vulcanum, athera Iovem, aëra Lunonem, gyrum stellarum mili-

militiam cœli, aquam Neptunum, terram Magnam-Matrem, ignem infernum Plutonem, Solem Phœbum, Lunam Dianam, & sic alia, de quibus fusè Arnobius & Tertullian. *contr. Gentes.* August. de *Civit. Gregor. Gyrald. in Syntagm. Natal. Comes in Mytholog. Marcian. Capell. Chartar. de Imag. Deor. & Ravil. Textor. in Append. Officin. tor. lib. 8.* In cognitionem Deorum, de quibus mentio in Scriptura, appono & volupè sequens schema. Quod est

Prima no-  
mina falsa  
creaturarum.

Ægyptijs. OSIRIS.	Hebræis. BELUS, SATUR- NUS, REMPHAM.	Latinis & Græcis. IUPPITER AMMON.
ARVERIS DIONYSIUS.	CHAMOS. MOTH.	BACCHUS.
CHON.	DIODAS. SANDES.	HERCULES. HERACLES.
PHALLOSIRIS.	BEELPHE- GOR.	PRIAPUS.
ANUBIS.	MARCOLIS. MARGEMAT.	MERCURIUS, HERMES.
HORUS.	ADONIS.	APOLLO, PHOE- BUS.
SERAPIS.	THAMUZ.	PLUTO, DIS.
CANOPUS. NILUS.	DAGON, ANNEDOTUS.	NEPTUNUS POSEDON.
TYPHON.	MOLOCH MYTHRAS.	MARS, ARES.
ISIAE STA- TUE.	THERAPHIM CRAMANIM.	DII AVERUNCI, PATLÆCI.
ISIS SUPERNA.	ASTARTHA, REMMON.	VENUS, APHRO- DITE.
ISIS INFERNA.	ATARGATIS.	PROSERPINA, CE- RES, HECATE.
NEPTE.	DECERTO, SYRIA.	TETHYS.
ILITHIA.	MILISTA, DAL.	DIANA, LUNA. ARTEMIS.
ISIS COELESTIS.	DELISAMA.	URANIA, ANAI- TIS.
ISIS MULTIMAM- MIA.	SUCCOTH BENOTH KABAR.	MAGNA-MATER, TELLUS, CYBELÈ.

Secunda cau-  
sa, Astrolo-  
gia arcanæ

Plura alia suggeram, cum de Genijs agam, *Tautolog. 5.*

10 Secunda causa, nimirum, nomenclatura indita ab Astrologis Ægyptijs & Chal-  
dæis : igitur ne, ut re erant, exhiberentur, constellationes, signa, atque sidera errantia  
varijs nominibus designarunt, quod fuit fabularum argumentum, moxque theatrum, ut  
claret ex Ovidij *Metamorphos. & Fastis.* Quare finxerunt animalia & multiformia, nomi-  
naque



naque heroum, ut fabulis fabulas astruerent & mendacia mendacijs confirmarent. Vide Christophorum Clavium in *Spher.* Quapropter licet illi intelligerent hæc & illa naturalia; nihilominus tamen populus bardus, & divina colere instituit, & studuit, cogitans illa in cælis collocata, uti sapientes stultissimè dicebant, numina esse. Ortus est error ex eo, quod Ægyptij Sacerdotes nolebant arcana philosophiæ & theologiæ tradere vulgo: quare ut sese intelligerent, & non intelligerentur, non solum lineas cogitarunt; sed etiam monstra, ex diversis figuris animalium coälita, uti Chymeram, Satyros, Faunos, simulachra hominum acephala; vel si capite ornarent, canino, accipitrino, leonino, vel simul omnibus; sine pedibus, manibus, cruribus, ut videri est in obeliscis, & pyramidibus, & apud Kircher. in *Oedip.* quinimò etiam animalia, & aves nunquam vitas, ut Phœnicem, Basiliscum, Pellicanum, & id genus plura, quæ dicebant Hierogrammata, Hieroglypha, quibus scætet Antiquitas, ut patet ex *Theaur. Hieroglyphicor.* in quorum expositione divinat Pierius Veler. aberrat Hervvartius, icinuat Pignorius (uterque maxime in *Tabul. Bembina.*) & acu tangit vel penitiora Kircherius tam in *Obelisc.* quam in *Oedip.* Hæc cuncta non solum videntes, sed mirantes rustici & insipientes in templo, & in cælo sculpta, venerabantur uti Numina & magna. Canit Lucanus, lib. 3. *Pharsal.* vers. 222.

Rudis populus arbutrabatur ut vera Numina, varia signa scientiarum à scientibus tradita.

Lucan.

*Mansuram rudibus vocem signare figuris,  
Nondum flumineas Memphis contexere biblos  
Noverat: & faxis tantum, volucresque, fœraque,  
Sculptæque seroabant magicas animalia linguas.*

Sensus mentis, monimenta memoriæ, vaticinia, & sapientiæ, ac sapientum præcepta faxis imprimebant, non literis, seu elementis; sed figuris. Ita per figuras, quasi per grammata, cuncta memorabilia notasse tam Mexicanos, quam Peruanos; referunt Tolofozan. lib. 2. de *Iure Indiarum*, cap. 9. Acofta lib. 1. cap. 24. & 6. cap. 2. Solorzan. lib. 1. de *Iur. Indiar.* cap. 9. num. 31. Ioannes Neuhovius p. 5. cap. 8. allerit de Sinis, in *Legat. Batav.* Insigne vaticinium Ieremias de partu Virginis in petra montis Horeb, seu rupe Sinai, figuris excullum, potius quam caracteribus, seu notis antiqve lingue Chaldaicæ interpretatur, & apprimè Kircher in *Prodrom. Copt.* cap. 8. Nimirum: *Deus Virginem concipere facies, & illa pariet filium.* Ipseque refert, & exprimit alphabetum Ægyptiorum antiquorum in *Obelisc.* lib. 2. cap. 6. non vulgaribus literis, sed caracteribus Zoographicis, scilicet figuris volucrum, animalium, & reptilium. Quid igitur quibus cogitare stupidi sine vestigio mentis, immeriti in sepulchro carnis, & nihil mysteriorum intelligentes? Dicit Augustinus de *Tempor. serm.* 147. *In homine carnali tanta regula intelligendi, est consuetudo cernendi.*

Vaticinium de partu virginis in rupe Sinai.

August.

His ergo malis supervenit extremum, fictio videlicet Poëtarum: igitur cum homines (ut gigantes) in Deos pugnant, duce Typhonæta invalidos, ac imbelles Deos fixerunt, ut fugerint gregatim in Ægyptum. Hinc ut imminentis ab hominibus periculi, essent expertes, & ante conspectum sospites, in varias animalium figuris sese transformarunt, incolumemque industriam, sive stratagemate evaserunt. Quid facerent lepores, si aspicerent canes? Unde detrufis post à Iove gigantibus in tartara; sacrificia à Dijs, mortalibus sunt decreta (ut placari possent) illorum animalium, sub quorum specie illuserunt periculum; & adorari sub illa imagine aut forma animalis, in quam Deus conversus validâ virtute formidinis. Cum hæc audirent anilia sanè, homines solidi, asini bipedes, ac viderent in templis illas seductrices formas, velut numina evecta, velut hieroglyphica arcana, religionem augere studentes, ad exemplaria sibi fecerunt imagines, concurrentes in idololatriam miserabiliorum, volucrum, ut diximus, draconum, & reptilium. Alij in lenocinium viventium, mortuos collocatos in cælo affirmabant, & iurabant, ut refert Plutarch. in *Romul.* de Iulio Proculo iuraturando asseverante gloriam & Deitatem Quirini, à Senatoribus disrupti. Etiam de stella nova in cælo, in necè Dictatoris Iulij Cæsaris, ficta metamorphosis: ut videtur apud Ovid. lib. 15. *Met. fab.* 51. & uti dixi alibi, de Vespasiano moribundo (referente Sueton. cap. 23.) *Ut puto (inquit) Deus fit: ridens vel ipse homines ab hominibus referri in calculum Numinum, ob filiorum potentium solacium, qui infatuati sacrabant apotheosim, credentes in mortuis immortale numen. Similiter in cælo collocarunt Herculem, Cepheum, Orionem, &c. mutad excogitantes ex positione stellarum fabulam, vel ex fabula constellationem; quæ quidem nihil aliud est, quam positura plurium astrorum, aliquam figuram confusè præ se ferentium; ut quandoque videtur in nubibus aeris. Quæ de re Sapiens ubi sup. ver. 1. 10. subdit:*

Tertia causa Poëtarum signenta.

Adulatio auctax, & succuliga.

Simi-

*Similitudines animalium. & vers. 13. Figuret, & assimilet illud imagini hominis, aut Sapient, alicui ex animalibus. Accipit Sedulius lib. 1. Carmin. à vers. 241.*

*Heu miseri, qui vana colunt, qui corde sinistro  
Religiosa sibi sculptunt simulachra, suumque  
Factorem fugiunt, & que fecerunt, verentur,  
Quis furor est? Quæ tanta animos dementia ludit,  
Ut volucrem, turpemque bovem, tortumque draconem;  
Sembominemque canem supplex homo pronus adoret?  
At alij Solem cæcatis mentibus acti,  
Affirmant, rerum esse patrem; quia ritè videtur,  
Clara serenatis infundere lumina terris.  
— Stelisque litant, que luce vagantur.  
Hic laticem colit, ille larem, & iungere sacris,  
Arboris alius ponit radicibus aras,  
Instituitque dapes, & ramos flebilis orat.  
Ligne ligna rogas: surdis clamare videris:  
A mutis responsa petis.*

Sedul.

Stoliditas idololatriæ.

12 Hebræi ergo non solum postquam commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera carum; sed etiam in Ægypto primam & secundam idololatriæ speciem fecerunt, & sectati; ut patet *Ezech.* 20. Post egressum adoraverunt vitulum in Horeb, seu Apim, aut Serapim in forma vituli, seu bovis: de quo sacri Expositores in *Exod.* 32. & in *Psalm.* 105. 20. Ritus consulelis apud Chartar. a fol. 49. Natal. Comit. 6. *Mytholog.* cap. 13. *Plinium lib. 8. cap. 46.* Cæli. *Rhodigin. lib. 1. cap. 12.* *Rofin. de Antiq. Rom.* lib. 2. cap. 22. & *Dempst. hic. Gyrad. Syntagm. 6.* & *August. de Civit.* 18. cap. 5. In huiusmodi inolitum morem Ieroboam fecit vitulos aureos: 3. *Reg.* 12. à vers. 28. Idolum Moloch, vel Saturnum capite canino etiam adorarunt, ut refert Adrichom. in *Ierusal.* num. 186. & *Interpr. sacri in Levit.* 18. 21. & *Nos Tom. præc. Tautolog.* 4. à num. 49. Dagon, id est, Venerem, seu Deam Syriam, diximus sæpe *T. 1. Tautolog.* 6. *D. 9. n. 1-T. 2. Tautolog. 4. D. 5. n. 20-T. 3. Tautolog. 1. D. 4. n. 11.* & *Tautolog.* 4. *D. 6. à n. 11.* Priapum, seu Bællephogor, *Num.* 2. vers. 1. & 3. *Reg.* 15. 13. Manes, seu Deos inferos sub figura Talparum, & Vespertilionum, *Isai.* 2. 20. Pana sub specie Satyri pilosi, *ibid.* 13. 11-34. 14. Esculapium sub imagine serpentis; Abulenf. ubi sup. & Sanctius in 4. *Reg.* 18. 4. ex quo loc. constat filios Israël adorasse Moyfis serpentem aneum, quousque Ezechias sustulit. In cunctis idolis Nationum fornicari sunt, ut dicitur à Prophetis, adeo ut templum clauderetur, introducta omnigena idololatria tempore Achaz, ritibus cunctis iuxta mores Assyriorum; ut constat 4. *Reg.* 16.

Hebræi clam dicunt in idolis nationum.

13 Quid quod præfata fierent? Non solum proni, sed furentes ruebant. Manasses adoravit omnem militiam cæli. *Ibid.* cap. 21. *Gyrum stellarum* vocat Sapiens, id est, constellationes. Vel Zodiacum, seu Firmamenti Zonam, in qua duodecim signa, ut placet Lyre, & Hugoni. Quid hæc, si verum, quod refert Targum Costi apud Delr. *Tom. 2. Adag.* 324. *Manasse Izze Kia filium eò scelerum deductum iri, ut simulachra & lapides adoret: quare in manus Assyriorum veniet, qui cum frænis domabit; quia vel ab ipsis radicibus sermones legis in tabulis lapideis excisos evulserat: cuius sceleris panas certe daturus est. Quis audeat, ni furiosus, legem radere, ut penitus aboleretur? Mihi videtur huiusmodi arrogantia, amplior quam amentis Caligulæ, iubentis adimi à Iove, orbem regente, caput; & suæ statuae statuae Iovi Capitolino vacuum imponi, ut ait Sueton. in eius vit. Morigerabatur populus Israël deliris regibus. Unde 4. *Reg.* 23. 5. *Adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militia cæli.* vers. 11. *Abstulit equos, quos dederant Reges Iudæ Soli, in introitu templi Domini: curvus autem Solis combusit igni.* vers. 13. ubi mentio fit *Abavoth, Chamos, Melchom;* aliqui intelligunt Planetas. Consule Lorin. & Sanctium in *Act. Apost.* 7. vers. 43. super illud: *Tabernaculum Molochi, & sidus Dei vestri Rempham.* Hinc qui initiati sunt Bællephogor, suspensi iubentur contra Solem, *Num.* 25. 4. in detestationem idololatriæ, qua Solem, ut numen adorabant; ut placet Caietano, & Delr. 1. *Adag.* 128. & ex *Ezech.* 8. 16. constat Iudæos adorare ad ortum Solis more Gentium. Catullus in *Carm. Nupt.**

Ampliores abominatio- nes. Targ. Cost. Manasse ræra fit tabula, legi.

4. Reg. 23

Ortum Solis adorabant.

*Constitera Solem exorientem fortè salutans.*  
Ovid. 4. *Fast.* vers. 135. *Hæc tu conversus ad ortum.* Virgil. 8. *Æneid.* vers. 68. *Spectans orientia Solis lumina.* & lib. 12. vers. 172.

Catull. Ovid. Virgil.

Illi



Illi ad surgentem conversi lumina Solem.

Et Valerius Flaccus lib. 3. Argonaut. vers. 437. ex quo & alij. Alexander ab Alex. lib. 4. cap. 17.

Val. Flac.

Minut. Plin. Tertull.

Ritus adorationis.

3. Reg. 19.

Iob. 31. 27.

Moses dicitur in idololatriam invehit, eorum in veritatem dirigit. Esth.

Oracula idololatrium.

Ioseph.

Quid Urim & Thummim.

An oraculum, & quomodo.

Rabb. Maim.

Imperat hic altè Phœbi surgentis ad orbem.

Minutius in Oclavio meminit moris, scilicet viso Sole, oculus manus. Cœcilius (ait) simulachro Serapidis viso, ut vulgus superstitiosus solet, manum ori admovent, osculum labris impressit. Plinius 28. 2. Inter adorandum, dexteram ad osculum referimus. Vid. Dalecamp. hic. Tertull. Advers. Gent. cap. 16. Ad orientis regionem referimus. Sed & plerique vestrum in affectione aliquando ut cœlestia adorandi ad Solis ortum labia vibrant. Pulchra invenies apud Franc. Zephirus, & Pamelium hic. Item referunt morem Pacat. in Panegy. Theodos. Vitruv. lib. 4. cap. 5. Apuleius 4. Metamorph. Cicer. Acē. 4. in Verrem, & alij plures. Quo claret illud 3. Reg. 19. 18. Quorum genua non sunt incurvata ante Baal, & omne os quod non adoravit eum osculans manus. Quem ritum odisse se, dicit Iobus 31. 27. Si osculatus sum manum meam ore meo; quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum Altissimum. De hoc scribitur Tom. 5. Tautolog. 3. num. 33. Patent facinora Israelitarum.

14 In ea invehitur Sapiens, ut vidimus; cautèquæ præmonnit Moyses tam de primo, quàm de secundo idololatriæ genere. De hoc à vers. 16. Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem. De illo à vers. 19. Ne forte elevatis oculis ad caelum, videas Solem & Lunam, &c. additque lumen in cognitionem, ne cogitent in creatura Deitatem, subdens: Ne adores ea & colas quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub caelo sunt. Distortè congruit dominis obsequium in ministros; & insipientia erit adorare, quæ fervire debent. Ex pulchritudine & utilitate elevanda mens in Conditorum, qui ita hominem dilexit; ut non quælibet, sed pulchriora in servitium & obsequium illius destinaret; igitur omnia propter hominem facta, ut homo esset Dei, quem diligeret super omnia. Cuncta in vestrum ministerium, vos in populum hereditarium Deitatis, ut dicitur vers. 20. At vani homines ex his quæ videbant bona, voluerunt intelligere eum qui est: neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex. Is qui est, à nullo pendet, quippe ens à se. Encontra vocantur idola, Esth. 14. 11. Quæ non sunt, uti opposita vero. Omnium est enim artifex: unde si quæ in ministerium data sunt bona; qualis quantusque Conditor, quod bona cuncta procedant, cum ipse det omnibus & vitam & inspirationem & omnia? Quod Deitatem habet, non datur in ministerium, sed in dominium, & auxilium, quod timere, & sperare hominibus congruit, sequentibus, ut par est, vel nutum Numinis veri, quin possit esse Nutum ad nutum hominum, ut dicit Ieremias in Epist. ad captivos, Baruch. 6. de Idolis Gentium. Hinc in posteriorem speciem idololatriæ: igitur si ista quæ supra nos sunt, vel speciosissima, Numina non sunt; quo pacto animalia, & serpentes, aliaque monstra, uti Numina colenda? Qua lege super hominem, quæ Deus subiecit sub pedibus eius, oves & boves universas, insuper & pecora, volucres cœli, & pisces maris?

15 Quod magis Israëlitas ex conversatione Gentium urebat, erat ostentatio Oraculorum Gentium, quæ palàm cunctis audientibus Demon vel per idolum, vel Pythonem reddebat: de quo plura videris vel apud Profanos: & si ridere volupe, lege Aristophanem in Pluto. Per Urim & Thummim Deum respondisse Israëlitis inconciliatum est. Varia dicunt Auctores circa huiusmodi voces, quas Vulgar. interpretatur Doctrinam, & Veritatem, Exod. 28. 30. Ioseph. lib. 3. Antiq. cap. 9. vocat Eifen (alij Chosen & Chosen) id est, Logon, host est, Oraculum: igitur per splendorem sardonycum Deus loquebatur. Philo de Monarchia, asserit fuisse smaragdus. Aliqui Rabb. unicum adamantam. Maimonides in Halacha cap. 10. somniat characteres elementares apparuisse in lapidibus. Stabat enim Pontifex (ait) & vultum componebat Arcam versus. Erat autem à tergo, qui responsum petebat (iam incipit delirare) is cum seiscitatus de successu rei esset, quam apud animum suum proposuerat; ibi Pontifex statim, spiritu celesti concitus, amiculum Chosen inspicit, atque ex lueris mirà vi illic protuberantibus, quid futurum esset, didicit, & responditque. Ea consulendi ratio non privatis, aut de plebi hominibus, sed regibus duntaxat, summisque iudicibus, aut ijs, qui publici missi à populo essent, usurpata fuit. Quoties enim res magna agebatur, ritum illic est: privatorum negotia, votis precibusque relicta sunt, ne Oraculi sanctitas evalesceret. Defecisse huiusmodi oraculum, irato Deo propter legum prævaricationem, annis ducentis, antequam Antiquitates Iudaicas scriberet Iosephus; dicit idem loc. cit. Nec mirum, si verum, quod refert

Petr.

Petr. Cunaus de Rep. Hebr. 2. nimirum, lapides Urim & Thummim, qui vestimento Pontificis indabantur, absconditos à Iosa in templo priore, neque postea reperiis. Facti tamen alij lapides, & inditi in amiculum Chosen, non quod iam eorum ope amplius oracula Pontifex ederet; sed ut consummatus earum verum numerus esset, quas Moyses maximus ad Pontificem ritè orandum præscripsit. Vid. Tom. 5. T. 1. num. 21. Frequenter PP. per Urim & Thummim intelligunt duodecim lapides insertos pectorali, seu rationali Pontificis, in quibus de magnis rebus consulturus ingrediebatur oraculum, legebatque quasi in speculis, quid agendum, vel non. Haud assentior huiusmodi fœntentia; tum quia ad agenda vel omittenda in ambiguitate delinatum Propitiatorium, in quo Deus vel Angelus tanquam è throno loquebatur, ut dicitur Exod. 25. 22. Loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super Arcam Testimonij, cuncta, quæ mandabo per te filiis Israel. Tum quia sæpe Deus responsa dabat & extra tabernaculum & templum per Ephod, quod Nos vocamus vernacule: Roquete. Si vis plura, consule Mercorem in Thesaur. l. f. August. lib. 2. in Exod. q. 117. Leon. Mar. Bonfer. Alapid. Lyram, Bursen. in 28. Exod. Galatin. de Arcan. Cathol. verit. lib. 4. cap. 17. Riber. de Templ. lib. 3. cap. 12. Perer. lib. 10. in Daniel. Maluend. de Artichristo lib. 11. à cap. 10. Serar. in Josue 9. q. 22. & segg. Mas. ibid. in cap. 7. 14. Adrichom. in Iersal. n. 85. Ar. Montan. in Appar. lib. Avrom. Villalp. tom. 2. in Ezech. part. 2. lib. 5. disp. 4. cap. 70. Tornell. ann. 2544. Baron. ann. 17. & alios Expositores. Verum ut videas demonem simiam Dei, & Gentiles miscere sacra profanis, audi Diodor. Siculum lib. 1. num. 48. loquentem de summo Iudice seu Sacerdote Ægyptiorum. Gestabat (inquit) is in collo ex aurea catena dependens è lapidibus pretiosissimis simulachrum cui Veritas nomen. Idem refert Elianus de Var. hist. lib. 14. cap. 34. cui, alijque parco, ne expositio protractione sit fastidio.

16 Hæc præmissi, ut exponerem, quò pervenerint Israëlita cæstro idololatriæ. Igitur cum viderent Gentem ex idolis habere oracula, flagrabant idolorum desiderio, maxime vocalium (est negotioquentium) aut fœrentium ministrorum. Paret in Saul, quærente oraculum à Pythonissa 1. Reg. 28. & in Ochozia, consulente Bœlzebub, Deum Atcaron. 4. Reg. 1. cuius nuncijs dixit Elias, vers. 3. Nunquid non est Deus in Israel? Quapropter unuquique quærebat idola, quasi actionum directoria per voces: & eò antientia pervenerunt, quòd arbitrarerunt arte, vel scientia posse constari; & si nacti, ut videbimus, habebant uti Lares & Penates. Totum embolium emanavit ex cisternis disipatis Ægyptiorum. Sapientes Ægyptij (ait Gassarelus in Curiositat. inauditis cap. 8. num. 5. ex Marfil. Ficin. de Vit. Cœl. Rhodig. lib. 3. cap. 26.) cum non possent ratione persuadere populo esse Deos: id est, spiritus aliquos super homines, excogitaverunt magicum hoc incantum, quo demones allicientes in statuas, esse Numina declararent. Per mendaces veritatem inquirebant, & aliquando compulsi dicebant, de quo Eugubinus lib. 3. de Perenn. Philosoph. plura, inter quæ ex oraculo Delphico hæc refert:

Est supra cœlesti igni incorruptibilis, ardens flamma Vitalis, omnium fons, omnium quoque principium. Quæ & producit omnia, & producens omnia absunit, Ex se apparet, inlocabilis, incorporeus, immaterialis: Illinc circum Olympum diffunditur in orbem, Sol, Luna & astra accendens. Hæc novi, didicique mente, cætera verò taceo, Phœbus existens. Tu verò desine, quod nefas sit, scrutari.

Ægyptij Sacerdotes statuas astrologica arte animari posse putabant. Quapropter Kircher. in Obelisk. Pamph. lib. 5. Schernatizm. 3. subdit: Astrologica arte, & ritibus sacris appropriatis consecrari debere huiusmodi simulachra, ut vitalis influxus per astra, eorumque Genios præsidet derivetur, per stellam & Deum, & fatum, & stellam ipsam, & Genium, & divinacionem, quam eius ope de verum futurarum notitia se haurire credebant, indicabant, &c.

17 Hæc statua vocantur ab præfignatoribus Talsmannica, & Ishaac, uti vidimus n. 9. ab Hebræis Theraphim. Rabb. Eliezer & etiam Cardanus & Scaliger plaudentes huiusmodi deliria apud Caffarel. ubi supr. aiunt: has imagines formas humanas retulisse, atque certâ constitutione compositas, cuius influxu, occultaque altorum virtute, certo tempore loquerentur, atque responsa interrogantibus darent. Rabb. Kimhi apud eundem cap. 3. num. 5. Imagines istas, nobis incognitas esse Theraphim, quibus futura præcognos-

Abscondita à Iosa.

Petr. Cuna.

Non loquebatur Deus per lapides Rationalis. Exod. 25.

Rationalis summi Sacerdotis Ægyptij. Diodor. Sicul.

Hebræi peribant Oracula gentium.

Gassarel.

Oraculum Delphicum de Deo.

Eugubinus.

Statue loquaces.

Kircher.

Forma illarum, & consecrati.

Kimhi.



cognoscantur, & divinabant, & cognoscantur futura, cum interdum loquerentur  
 Aben-Ezra. adinstar oraculorum, diabolo ipsis vocem commodante. Rabb. Aben-Ezra in 31. Genes.  
 ait: Theraphim instrumenta quadam aerea, per que cognoscebant partes horarum, divina-  
 tioni obnoxia. Vel imagines, quas faciebant Astrologi ad similitudinem corporis humani,  
 que loquebantur: nam dicunt, quod sit facultas in peritis Astroorum, facere figuraciones  
 certis quibusdam horis, que loquantur, & quod magis consentaneum videtur, est, quod  
 essent hominum imagines, capaces ad suscipiendam celestium influentiam. Idem asserit  
 Antonius Honcala in Genes. 31. vers. 19. & David Pomarius in Germe ex Aben-Ezra.  
 Ar. Mont. Suffragatur Ar. Montan. in Judic. 17. Theraphim significat imagines quasdam cœli, astro-  
 rumque certâ observatione confectas, & ritibus sacratas, ad auguriorum, divinandi que  
 abysum; quales ex Labani domo Rachel filia discedens quondam abstulisse memoratur.  
 Elias Lev. Unde Elias Levita in Tisbi loc. prætat. Genes. inquit de his Labani idolis: Fuerunt au-  
 tem imagines, que futura annuñciabant. Lyranus etiam hæc subdit: Imagines factæ par-  
 tim per astronomiam partim per necromantiam, que dant responsa. Quapropter Caietan-  
 us in loc. cit. Judicium, et si nullum discrimen inveniatur inter sculptile & consiliale (cum  
 perspicue constet consiliale ex metallo, atque sculptile ex ligno ex fœxentis loco. Scriptur.)  
 tam consiliale, quam sculptile ait dici Theraphim ab officio, divinandi scilicet, vel lo-  
 quendi. Quod quidem officium, si consilium, interpretabantur ministris idolorum, ia-  
 ctabundi, eo quod gloriarentur intelligere celestium Numinum voces, sicut volucrum  
 augures. Hæc scientia data fuit Prometheo, ut canit Æschylus in Prometh. à v. 474.

Ad hæc multos modos vaticinandi præscripsit:  
 Et primus constitui, que ex somnis oporteat  
 Verè venire; & Oracula obscura,  
 Et avium benevolentiam & conversationes.  
 Ad hæc viscerum levitatem, & quo colore  
 Prædita Dijs grata essent: & signa ignea  
 Antè obscura revelavi.

18 His igitur infatuabantur homines animales, spiritum non habentes, scientiæ tri-  
 buentes, quod debebant diabolicæ magiæ. Porphyrius lib. 3. de Sacrific. de Apollonio  
 Tyanzo inquit: Sunt qui dicant se audire sermonem animalium, atque intelligere, sicuti  
 apud Veteres Melampus, & Tiresias, ac Thales; nuper vero Apollonius Tyaneus, quem  
 dicunt, in amicorum cœtu cum audiret birundinem alij nunciare, asinum prope urbem  
 onustum cecidisse, triticumque humi diffusum; declarasse audita, idque ita fuisse comper-  
 tum. Etiam Phylotrat. narrat in eius vita lib. 4. cap. 1. Cum aliquando de communi  
 concordia disputaret, doceretque oportere Ephesios sese mutuo nutrire, atque nutrirî; pas-  
 seres fortè in arbore quadam tacite considerant: unus autem ex ipsis, tanquam alicuius  
 rei nuntius vocem emisit, qua visus est aliquid cæteris prædicere. Eo audito, cæteri cla-  
 morem tollentes, post ipsum volarunt. Tunc aliquandiu tacitus Apollonius, sciens quidem,  
 quam ob causam passeret voluissent; nondum tamen auditoribus id narrabat. Ubi verò  
 omnes in se conversos, & quasi portentum aliquod admirantes aspexit, tunc rupto silen-  
 tio, sic est locutus: Puer quidam lapsus effusum frumentum in aream demisit, cum ne-  
 gligenter illud collegisset, abiit, multa grana passim in angiportu sparsa relinquens: qua  
 cum passer ille invenisset, cæteris, ut vidisset, nuncios, inventum cibum communicavit.  
 Apollonius Tyaneus ma-  
 gus insignis. His verbis permulti commoti ad hoc visendum cucurrere. Postquam verò qui visum ierant  
 cum clamore & admiratione summa reversi sunt. Videtis (inquit Apollonius) quo pacto  
 passeret mutuum de se curam habeant. Plura de hoc mago vide apud Volaterranum,  
 Dionem Cassium lib. 67. & 77. Vopisc. in Aurel. cap. 21. Ravif. Textor. lib. 1. Offic.  
 cap. 33. Cæsar. Rhodig. lib. 17. cap. 16. & ex SS. PP. Ambros. cap. 29. in Symbol. Apolol.  
 Chrysof. Orat. 2. in Iudeos. Hieronym. Epist. 103. ad Paulin. & alios apud Maluend.  
 de Antichrist. lib. 1. cap. 17.

19 Modus cofectionis Talismanicarum statuarum describitur à multis maximè  
 Rabbis. Elias Levita ubi supr. & Jacob. Gaffarellus cap. 3. num. 5. Maftaban (inquit)  
 hominem primogenitum, cuius caput torquendo præstinebant, quod postea sale & aroma-  
 tibus condiebant, scribebant que super laminam auream nomen spiritus immundi, qua sup-  
 posita capiti eius, ponebant illud in pariete incendentes coram eo candelas, & adorantes  
 coram eo. Honcala ubi supr. Dicunt caput pueri primogeniti demoni immolati, quod  
 aromatibus condiebatur, ne putresceret; cuius lingue supponebatur aurea lamina, inscri-  
 pto in ea demoni nomine, cui esset illud dedicatum, unde & consulentibus responsa da-  
 ban-

Honcal. Qui enim  
 Dii Laris  
 & Penates  
 Honcal.  
 Mercet.  
 Alap.  
 Theodor.  
 Iuliani A-  
 postata ma-  
 gus  
 Demonefa  
 militari.  
 Epiphani.  
 Status Ta-  
 lismannice  
 tantum ca-  
 pita.  
 Vnili He-  
 reb. & Iero-  
 solam sola  
 capita citat-  
 urum.  
 Capita fe-  
 parata à cor-  
 pore locuta.

bantur: Eadem Rabb. Eliezer. Unde Lyra in 31. Genes. vers. 19. Hebraei dicunt, quod  
 est caput alicuius pueri interfecti, & sacrificati damoni, & istud caput præcisum assa-  
 tur, & aromatibus conditur, ut possit diu stare, & super linguam eius in lamina aurea  
 ponitur nomen Demonis, & sic dat ibi responsa. Ita formabantur, loc. potius consecra-  
 bantur huiusmodi abominabilia simulachra: de quibus Gaffarell. loc. cit. asserit: Has  
 statuas esse Deos Antiquorum Tutelares, quos Penates & Lares vocabant, & Honcal. Te-  
 raphim integram esse hominis statuam, domus præsidem, quam Latini, avito errore im-  
 buti, Lares dixerunt. Mercerus in Theaur. Ling. 3. inquit: Ubique pro simulachrorum ge-  
 nere, que responsum dabant, & in domibus etiam habebantur, ut Penates & Lares sum-  
 psimus. Alap. in 17. Judic. 5. Erant ergo Theraphim idola domestica, qua domi colebant,  
 & quasi oracula considerant de rebus arcanis vel futuris, que Romani Deos Penates &  
 Lares vocabant. Ita sacrari constat ex crudelitate magi insignis, impostoris, nebulonis  
 Iuliani Apostata. Cum solidus ille (ait Theodoretus lib. 3. Hist. Ecclesiast. cap. 21.) per  
 Charras urbem iter faceret, ingressus in delubrum, quod apud impios in maximo hono-  
 re erat, iubeat portas, postquam in eo nefanda quedam mysteria cum sceleris sui socijs obis-  
 set, non obserari solum, verum etiam obisnari, & milites quosdam eas assidue observa-  
 re, ne quisquam, donec ipse reverteretur, intraret. At postquam nunciatum erat, eum  
 esse mortuum, quidam in illud delubrum introeuntes, admirabilem huius Imperatoris for-  
 titudinem, sapientiam, addo etiam pietatem, perspicue deprehendunt: nam vident mulier-  
 culam capillo suspensam, manibus extensis, cuius ventre dissecto, sceleratus iste forsitan  
 ex eius iecore diocinavit. Porro Anthiochia dicitur multas caplas in palatio resertas homi-  
 num capitibus, multisque puteos cadaveribus humanis repletos. Eiusmodi enim facinora  
 execrabilium Deorum posebat disciplinæ. Idem Paulus Diaconus lib. 11. Miscella. cap.  
 43. Expressit amplius ibid. lib. 20. cap. 32. loquens de Basama Saracenorum prin-  
 cipe. Magisterio inhiit magi cuiusdam aduocam mulierem in cincta, tanquam parituram  
 incederent, & assumpto parvulo, in cacabo hunc coxerunt; atque in huiusmodi Deo de-  
 testabile sacrificium. Idem fecisse Maxentium, ait Eusebius in Constantin. vit. lib. 1.  
 cap. 30.

20 Hi sacrilegi & magi non solum publica sollicitabant oracula, sed peculiaria in  
 proprijs Lararijs, ut toties quoties placitum consulerent, nequaquam ex domo in templa,  
 aut sana egerentur. Unde cum curiositas urgeret in qualibet cupita, alijs videban-  
 tur divinare; & multoties demon sese familiarem offerebat, ut de demonio Socratis  
 refert Plato in Theage: de Numz patredo, August. de Civit. 7. cap. 35. & Epipha-  
 nius Hæres. 34. de Marco discipulo Valentini subdit: Demonem quemdam afflorem  
 habere, per illum ipse quoque prophetare videtur: & quas dignas putat, ut participes  
 fiant gratia eius, vaticinare facit. Idem de eodem narrat Irenæus lib. 1. advers. hæres.  
 cap. 9. Vide Maluend. de Anti-Christ. lib. 7. cap. 7. Aliquibus placuit huiusmodi ido-  
 la non esse nisi capita, vel in similitudinem hominis, vel bovis, accipitris, aquilæ, &c.  
 Vitulum, quem adoraverunt in Horeb Israëlitæ, tantum fuisse vituli caput, asserunt  
 Augustin. in Psal. 73. 14. Ambros. lib. 1. de Pœnit. cap. 8. Hieronym. in Osee 7. & 11.  
 Lactant. lib. 1. cap. 10. Rupert. in Amos 5. 25. & doctis. Sanctius in Osee 10. nuni.  
 23. De idolis Ægyptiorum passim Kircher. loc. præfat. Romanorum Chartar. de Imag.  
 Deor. fol. 52. 55. 79. 167. & 172. Hæcine capita attentis firmis astrorum, maxime si-  
 gnorum, que audiebant & videbant (ride) ut ait Iulius Firmicus lib. 2. Mathesios,  
 alijsque ritibus, effusione scilicet sanguinis innocentis, & crebro circuitu capitis, cum  
 inclinatione corporis sacrabant, ut loquerentur. Multoties per alia capita demon lo-  
 quebatur, ut firmaret, que in Lararijs suggererat. Caput præcisum indicasse homicidam,  
 ait Aristotel. lib. 3. de Animal. partib. cap. 10. Caput Publij Romanorum ducis, devo-  
 rato toto corpore à lupo, locutum exercitui, & pueri etiam caput cladem Ætolis & Lo-  
 crenensibus prædixisse, refert Tralianus lib. de Mirabil. Vide alias locutiones mirabiles  
 Ethnicis, sed arte demonis factas, apud Delrium Disquis. magic. lib. 2. q. 19. Etiam  
 factum Vener. Albertum Magnum influxu astrorum consecisse caput loquax à D. Thom.  
 icu disspantur. Sed hoc torum nugamentum.

21 Hæc fufus folio delibavi, ut clarèciant aliqua loca Scripture. Idola Laban  
 fuisse talismannica constat ex dictis, & etiam vocalia, que futura nunciabant, & in La-  
 rario proprio collocata. Iccirco Rachel furata est idola patris sui, ne illi consulti indi-  
 carent, quod pergeret. Similiter idola Michæ fuisse vocalia constat ex textu sacro Iudic.  
 18. 5. ubi filij Dan invenientes Levitam, rogaverunt eum, ut consuleret Dominum, ut  
 Idola Laban  
 ut vocalia,  
 scire



**Tudie. 12. 5.** scire possent, an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum; qui respondit eis: Ita in pace, Dominus respicit viam vestram. Vel dixit dæmon, vel Levita finxit. Non finxisset, asserunt plures, inter quos Antonius Honcala ubi supr. (ex Philone in *Antiq. Biblic.*) ait: Exclussit Michas aurum & argentum & fecit sibi effigies tres puerorum, & vitulorum & leonum, & aquilam, & draconem & columbam: & factum est, quod omnes qui seducebantur, venissent ad eum: & si quid voluissent pro uxore interrogare, per columbam interrogabant eum: si quis autem pro filiis, per effigies puerorum: qui verò per dæmonem, per speciem aquilæ: pro fortitudine, per leonis effigiem consulebant eum. Si autem pro puellis & pueris, per effigies vitulorum interrogabant: nam si pro longitudine dierum, per draconis figuram interrogabatur. Erat iniquitas eius multiformis, & religiositas eius astuta. Linguam auream ori idolorum summitti, patet ex furto Acham, Iosue 7. 21. Vidi regulam auream quinquaginta scolorum. Alij apud Maluend. Alapid. & Caietan. hic: Linguam auream: intrumentum scilicet, quo loquebatur idolum; et si idoli gladiolum autemet Villalpand. in *Apparat.* p. 2. lib. 2. disp. 4. cap. 23. Unde Zacharias 10. 2. Simulachra locuta sunt inutile, & divini viderunt mendacium, & somniantes locuti sunt frustra. Has voces dæmonum in idolis, Hsias cap. 46. 2. vocat simulachrorum animam; quippe licet ex se muta, reddebant interrogantibus oracula. *Facta sunt simulachra bestijs & iumentis onera: & anima eorum in captivitate ibit.* Hinc frequenter in Scriptura: Non facias tibi sculptile. Ubi ly tibi emphaticum est: igitur etsi in publico adorarent Deum; in Lararijs habebant sibi sculptilia, & simulachra idolorum, ut Deos Penates. Etiam tempore Christi Domini, asserit Alap. Hæc omnia superstitione ex lib. de *Cultur. Egyptior.* de quo Kircher. in *Obelisk. Pamph.* lib. 2. cap. 4. Plenus insularum & aliarum rerum ad quas homines propendunt, de fabricatione scilicet imaginum loquentium, de descensu spirituum familiarium, de prestigijs & dæmonibus, qui habitant in desertis, uti sunt Satyri &c. Hoc totum Hebræi commisit inter Centes observarunt, quia opera illarum dilicerunt. Inter Amorrhæos septem erant dictæ *Sanctæ Nymphæ* de quibus late dicam *Tom. 6. Tautolog. 3. Hæc sunt Nymphæ* (ait Philo *Biblic.*) que invocata offendebant Amorrhæis opera Israelitarum, quas adinvenerunt septem viri peccatores post diluivium: neque erit iam talis similitudo in seculo, sculpta manu artificis, vel picturæ distinctâ varietate. Quapropter Sanctius in *Osam* 3. num. 36. ait: Domi habebant sicut Gentiles vana opinionem delusi, suos quasi Lares, & Penates, quos & colerent, quasi divinum esset aliquid, & in ambiguis rebus consulerent: quod significasse videtur Hsias cap. 57. v. 8. dum ait: Post ostium & retro postem posuisti memoriale tuum. Sic Penates locutos Ethnicis describitur à profanis. Virgil. 2. *Aeneid.* vers. 289.

Hæc fuge nate, Dea, teque his, ait, eripe flammis.  
Hostis habet muros, ruit alto à calmine Troia.  
Sacra suosque tibi commendat Troia Penates.

**Virgil.** Etiam per signa locuta expressit perfidus Sinon fingens Deorum odium in Græcos, ibid. à vers. 170.

**Aversa Dea mens.**  
Nec dubijs ea signa dedit Tritonia monstris.  
Vix postquam castris simulachrum, arserit corusca  
Luminibus flammæ arrectis: salsisque per artus  
Sudor iit: torque ipsa solo (mirabile dictu)  
Emicuit, parmamque ferens, hastamque trementem.

22 Aliquando per exta victimarum, aruspibus divinantibus; quod frequentius silente idolo: de quo plura miranda tulerunt AA. Quid mirum? Solutus erat diabolus, quousque ligavit Christus. Ubi verò prospera non nunciabantur, sacrificium erat, sed non litatio: quo intelliges illud Suetonij in *Cesar.* cap. 81. Pluribus hostijs castis, cum litare non possent, introivit curiam, spreto religione. Aliqui arbitrati sunt, instituta hec atcombe (propter instantiam M. Bruti, ut cito Senatui appareret & confoderent, igitur libellus porrectus insidiarum index) non potuisse litare, id est, sacrificium perficere: verum tunc Suetonius diceret: *Intermissa religione, non spreto.* Sprevit ergo, igitur Spurrinam (qui præmonuit periculi intra idus Martias) ingrediens in curiam Pompeij irrisit, dicens, *Idus adesse:* quanvis aruspex respondit: *Non præterisse.* Huius nuncij conscius *Cæsar,* instituit sacrificium: & cum exta hostiarum nihil indicarent, & sprevit aruspiciem & religionem: quia tot hostijs castis litare conquiserat: id est, aliquid inferre in portentum patrandæ cædis. Vide *Taubmann, in Pænul. Plaut.* Act. 2. vers. 7. ad illud: *Quoniam*

**Diferimen**  
**inter sacri-**  
**ficare & li-**  
**tare.**  
**Suet.**

niam litare nequo, abij illinc illico iratus. Nullum ergo acceptum signum, ex quo suspicari posset sacrificium esse gratum & acceptum. Unde *Litatio* pro *Auspiciato* sumitur à Livio lib. 5. *Decad.* 1. & à Plauto in *Asinar.* Act. 2. scen. 1. à vers. 11. Vide dicta num. 17. Hoc enim sensu *Marcial.* lib. 10. *Epigr.* 73. subdit: *Non quacunq; munu vicima caesa litat.* & *Adrian Junius Centur.* 1. *Adag.* 51. *Litare est propriè propitiatio Numine voti sui compotem fieri:* quasi non nudè sacrificium, sed ex sacrificio propitiationem impetire, quod dicebant Præci. Quo intelligitur illud Davidis: *Sacrificate sacrificium iustitie.* *Lactantius Grammat.* in 10. *Thebaid.* Statij, vers. 601. aruit litamen in sacrificijs esse signum, post quod iterum sacrificare non licet: hinc *Stadius* loc. cit. inquit: *Extrema litamina divum.* Quod quidem mihi videtur futile: equidem si litamina ultimum sacrificium, quorsum adderet, *Extrema?* Mihi maxime aridet, quod ex *Cicer.* 1. & 2. de *Divination.* ex *Valer. Maxim.* lib. 1. cap. 5. & ex *Tacit.* lib. 2. *Hist.* cap. 4. infert *Brisson.* lib. *Formular.* scilicet, signum quoddam esse in extis, quod vocabatur *Deus,* iuxta *Stat.* loc. cit. lib. 5. vers. 174. canentem:

Niger omnibus artis  
Ignis, & in nullis spirat Deus integer extis.

Quo loc. *Lactantius,* seu *Luctatius* præfatus subdit: *In extis signum quod Deus appellatur, quod si integrum apparuit; propitium Numen ostendit: sin verò dimidium, iratum signifiat Numen, aut certe non præsens.* His ergo clarent dicta de *Cæsar.*

23 Cuncta hæc sacra sacrilega expressit *Salomon,* ut placet *Jacobo Gaffarell.* in *Cariost.* inaud. cap. 8. num. 4. dum dicit *Eccles.* 1. 17. *Dedi cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam:* in ritu colendi verum Deum iuxta legem *Moysis* avitam. *Erroresque & stultitiam:* Gentium scilicet, in adoratione Numinum. Quid dicunt de avium volatu, de motu & colore sanguinis, de fibris ac extis? quod quidem Hebræicè vocantur *insania & amentia:* ut notat *Lorinus* hic, *alienationes à recto & æquo, iactationes, seu gloriationes vana.* *Kircher.* in *Obelisk.* lib. 2. cap. 9. distinct. 2. asserit *Moysen* eruditum in omni sapientia *Ægyptiorum,* nihil aliud signare quam scientias & stultitias *Ægyptiorum,* ut confutaret, cognovisse, maxime intelligentiam *Hieroglyphicorum,* sub se comprehendentem scientiam imitativam typicam, translaticivam & ænigmaticam. Astruit etiam *Clemens Alex.* lib. 1. *Strom.* cap. 13. *Hieronym.* in 1. *Daniel.* & *Gregor. Nazianz.* orat. 1. in *Julian.* *Apostat.* Postquam hæc (ait *Philo* 1. de *Vit. Moys.*) numeros

& geometriam, universamque musicam rhythmicam, armonicam, metricam, sive contemplativam, sive per instrumenta, vocesque promentes se modis varijs, accepit ab *Ægyptijs* doctoribus; & insuper occultam philosophiam, descriptam literis, ut vocant, hieroglyphicis: hoc est, notis animalium, que ipsi venerantur pro numinibus. Reliquas liberales artes Græci docebant (hic dormitavit *Philo,* cum *Moyses* antiquior sit *Cadmo,* qui literas intulit Græciæ, & primis huius philofophis.) E propinquis regionibus vocati *Astysij* suas literas, *Chaldæi* sideralem. Hanc & ab *Ægyptijs* didicit, mathematica cum primis deditis; observansque quid utrisque conveniat, & in quo discrepent. *Rambam* in *Genesis* exordio ita rabinizat: *Quinquaginta portæ intelligentiæ creatæ sunt in mundo & omnes traditæ Moysi, excepta una: unde dicitur: Minus est eum paulominus ab Angelis: Quicquid contentum est in divina lege Hebræorum, vel sensu allegorico, vel literaliter per dictiones, vel arithmeticas supputationes, vel geometricas literarum figurarum, sive transcriptas, sive transmutatas, vel armonicis consonantias, que ex formis characterum, conjunctionibus, separationibus, tortuositate, directione, defectu, superabundantia, minoritate, maiestate, coronatione, clausura, apertura, & ordine literarum resultant. Euge Rabbine.* Quod sane non ambiguum, *Moysen* sapientiam ipsorum hausisse tam quoad Ethicam, Physicam, Theologiam, quam quoad illorum errores, stultitias, & amentias erga cultum veri Dei, & reverentiam idolorum. Unde de *Sapientia* dicitur *Ecclij.* 39. 11. *Sapientiam omnium antiquorum exquirat Sapiens.* & vers. 5. *In terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala in hominibus tentabit.* Aliquid *Sapientie* invenit, iuxta illud *Chryssippi:* *Quod tu ignoras, fortè cognovit asellus,* & plurimum stultitiae, maxime circa Dei cognitionem, & simulachrorum cultum: quæ quidem cuncta non ignorare oportet sapientem; ut vanitatis, falsitatis, atque impietatis errantes convincat: etenim, ut ait *Nazianzenus* ubi dudum: *Siquis adversus mathematicorum, quos Genethliacos vocant, dogmata disputaret, matheos ignarus, risus omnium pateret.* *Gregor. Nazianz.*

**Philo.** Etiam per signa locuta expressit perfidus Sinon fingens Deorum odium in Græcos, ibid. à vers. 170.

**Ramb:** Quicquid contentum est in divina lege Hebræorum, vel sensu allegorico, vel literaliter per dictiones, vel arithmeticas supputationes, vel geometricas literarum figurarum, sive transcriptas, sive transmutatas, vel armonicis consonantias, que ex formis characterum, conjunctionibus, separationibus, tortuositate, directione, defectu, superabundantia, minoritate, maiestate, coronatione, clausura, apertura, & ordine literarum resultant. Euge Rabbine. Quod sane non ambiguum, Moysen sapientiam ipsorum hausisse tam quoad Ethicam, Physicam, Theologiam, quam quoad illorum errores, stultitias, & amentias erga cultum veri Dei, & reverentiam idolorum. Unde de Sapientia dicitur Ecclij. 39. 11. Sapientiam omnium antiquorum exquirat Sapiens. & vers. 5. In terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala in hominibus tentabit. Aliquid Sapientie invenit, iuxta illud Chryssippi: Quod tu ignoras, fortè cognovit asellus, & plurimum stultitiae, maxime circa Dei cognitionem, & simulachrorum cultum: quæ quidem cuncta non ignorare oportet sapientem; ut vanitatis, falsitatis, atque impietatis errantes convincat: etenim, ut ait Nazianzenus ubi dudum: Siquis adversus mathematicorum, quos Genethliacos vocant, dogmata disputaret, matheos ignarus, risus omnium pateret. Gregor. Nazianz.

Quibus *Alap.* loc. cit. Harum rerum cognitione, & Israelitarum in errores Gentium

**Marcial.**

**Stat.**

**Laç.**

**Eccles. 17:**

**Doctrina**  
**Gentilium**  
**stultitia &**  
**error.**  
**Hebr.**  
**Lorin.**

**Moses eru-**  
**ditus in om-**  
**ni Ægyptio-**  
**rum sapien-**  
**tia.**

**Philo.**

**Ramb:**

**Aliquid ve-**  
**ri latebat in**  
**Gentilium**  
**falsitate.**  
**Chryssipp.**

**Gregor.**  
**Nazianz.**